



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 31. De natura & conditionibus census,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

tutico debito pro ipsius opera, industria, & expensis: ac etiam pro iusto assurcationis pretio. Si enim secus accidat, violatur illa generalis regula iuris. Secundum naturam est, comoda cuiusque rei cum sequi, quem sequentur incommoda. Quae regula est i. o. ff. De regulis iuris. Violatur etiam illa specialis passim recepta ab authoribus in hac materia. Quod quanquam tunc alia, atque alia pacta adiiciantur in societate, tam lucrum, quam dampnum debeat esse commune, atque portiones lucri, ac damni debeant spectato periculo, carcerisque circumstantiis ita distribui, iuxta quantitatem rerum contributarum; ut is qui ceteris paribus plus contribuit, maiorem portionem recipiat, aequalem vero, qui aequaliter contribuit, cum sit consentaneum partes lucri proportionaliter respondere partibus in societatem collatis: grammaticis omnibus interea compensatis. Quod quidem curandum est, quia societas alioqui erit, aut usuraria, aut saltuum iniusta: atque adeo laqueus de quo Apostolus in priori ad Timoth. cap. 6. Qui volunt diuitias fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli.

TRACTATUS V.

De censibus & Cambiis.

Con tractatus praecedentibus proxime subiungitur; quia censu*s* & cambiu*m* ratione aliquam habent venditionis & emptionis. De censibus autem agunt Theologi scolastic*i* in 4. distinc*t*. 15. potissimum Gabrie*l* qu*est*. 12. Simularij in verbo censu*s*, & in verbo usur*a*. Cōradus de cōtractib*us*, qu*est*. 73. ad 87. Medina in Cod. De acqui*s*it*u*s per usur*a* qu*est*. 11. & deinceps. Sotus lib. 6. De iustitia & iure qu*est*. 5. Nau. in comment. De usur*a* notabilis 22. v*f*q*u*; ad finē, & in Enchir. cap. 17. num. 232. & quatuor sequentibus. Couar. in lib. 3. variar. resolut*u* cap. 7. ad 11. Angelus in 2. parte florū Theol. qu*est*. Decensibus Gregor. à Valētia 2.2. disput*u*. 5. qu*est*. 22. Lud. Molina de iust. & iure tract*u*. 2. à disp*u* 38. ad 39. Leon. Lessius lib. 2. De iust. & iure ca. 2. Ferdinandus Rebellus de oblig*u* iusticie par. 2. lib. 10. De cābi*s* vero agunt Theologi loco citato. Simularij in verbo Cambiū aut Campfor adhuc que Angelus in verbo usur*a* 1. à n. 51. Tab. usur*a* 15. Syl. usur*a* 4. Roel. usur*a* 6. Caet. in tomo 2. opusc. tract. 7. Med. in Cod. De acquisitis per usur*a*, qu*est*. 5. ad 10. Conrad. De cōtractib*us* qu*est*. 99. Sotus lib. 6. De iust. & iure qu*est*. 8. & sequē*nti*b*us*. Nauar. in Enchir. cap. 17. num. 283. v*f*q*u*; ad finē; Couar. in collatione veteris et numismatum cap. 7. Angles loco cit. qu*est*. De cābi*s*. Gregor. à Valent. in sequenti. qu*est*. 23. Molina à sequenti qu*est*. 39. ad 410. Lessius in sequenti cap. 2.; & Rebellus in sequenti lib. 11. Ad aliquot autem qu*est*iones reuocabimus ea quae videntur hic tradenda.

CAPUT XXXI.

De natura & conditionibus censu*s*.

SUMMARIUM

- 410 In quo consistat natura censu*s*.
 411 Quatuor conditiones iure natura seruanda in emptione censu*m*.
 412 Collecta ex Extra iugantibus Martini V. Cal. x i III.
 413 A Pio V. in bullare relatā à Navarro plures assignata.
 414 Quorum ob*ser*ua*ti*o non sit necessaria, vbi eadem bullā nec recepta v*er*sa, nec publicata.
 415 Censu*s* v*er*is frequens i*uris* i*us*, in quo aliquot eiusmodi conditi*n*es non servantur.
 416 Censu*s* v*er*is inique redditu*m*ilitib*us* licitus quidem est in sp*ec*ulatione, sed in pr*axi* ritandus tanquam per*su*os.
 417 Quatenus licet a venditore censu*s* cogere, vi preter rem ipsi censu*s* subiectam, alia sua b*on*a in pignus oblig*u*, vel fiduci*u* for*em* det.
 418 Quatenus luc*u* um sit pastum, ut post quadriennium mutetur res*tabi*c*u* ē*ta* censu*s*.
 419 De contr*actu* quo d*omi*ni famulo non valens solvere nota-

QVASTIO I.

Quas conditions censu*s* requiri at*vit* sit licitus.

De iure naturali quatuor conditiones in emptionib*us* censu*m* seruari debent. Prima, ut censu*s* fundetur in re frugifera: hoc enim in praeced. qu*est*. satis aperta ratione probat*u* est. Secunda, ut ematur iusto pretio: hoc enim ex D. Thoma 2. 2. q*77*. art. 1. necessarium est ad omne emptionis & venditionis contractum. Tertia, ut si res censu*s* aut in totum, aut in partē pereat, aut sterilis fiat absque culpa & malitia censu*s*, cest censu*s* pro rata; cestante feliciter utilitate ad quā percipiendā dicebatur esse i*us*: atq*ue* adeo sublatō fundamento, quo idipsum i*us* nitebat. Confirmatur, quia sic natura comparat*u* est (nisi periculi cōtractu aliud iuste caueatur) ut res ita domino suo per*ce*at, quod idipsum pe-

nitus

- bilem summam ei debitan, constituit eidem certam pensionem annuam, & de contr*actu* simili quo debitor non valens solvere creditori, constituit ei censu*m* annuum.
 420 De contr*actu*, vi pereante re censu*s* apposita, manet persona venditori obligata ad solutōrem pen*si*ū annua.
 421 De censu constituto super dominū, aut molendinū quod corrūt.
 422 De censu constituto super rem iam sat*is* onerat*am*.
 423 De censu constituto auctoritate Iudicis contentaminat*u*.
 424 Explicatio dub*ij*, an censu*s* redimi possit ex parte.

QVASTIO I.

Quid sit censu*s*.

Variis modis censu*m* dici videre est apud Couar. initio citati cap. 7. libri 3. varia*r*. resolut. & apud Lud. Molinam in citata disput. 38. hic autem sumitur prout est contr*actu*; cuius natura cōsistit in eo quod sit ius exigēdi pensione de alterius re vtili emptione acquistum. Intellige autem iuri nomine facultatem seu potestatē faciendi aliquid secundum iustitiam, seu titulo iuste: qualis in censu est ex emptione; non quidem pensionis, ut quis existimauerit; sed iuri*s* eam ex*igen*di.

Nomine pensionis vero, intellige vtilitatem pecuniam aut fructuariam, quae emptione, & venditione prædicti iuri*s* acquiritur in frugifera; cuius dominus immedietum ius habet in fructibus eius, & medietum in pecunia quae ex iisdem fructibus distractis confici potest; ideoque in se suscipere potest onus soluendi pensionem, sicut fructuariam, ita & pecuniarum illius vice.

Nomine demuni*re* vtilis alterius, intellige rem ex qua venditor censu*s* potest reuera, legitimeque vtilitatem percipere, siue ipsa sit res immobilis: vt fundus, domus, flumen, sylva, portus, fodina metallica, annui reditus, & alia similis ex qua emolumētum percipitur: siue etiam mobilis, vt gressu*m*, armamentum boum, &c. dummodo eo ipso res statum lucrosum habeat, quemad. Medina notat in Cod. De ac*qui*st*u* per usur*a* qu*est*. 11. Et confirmatur: quia ius percipiendi vtilitatem ex re quae nullam potest recip*u* gig*ne*, si*ci*titum est. Censu*s* vero censetur eius generis esse, quando non const*it*uitur in re frugifera. Quare censetur, meraque usur*a* palliata esse, existimari debet. Quod idem pariter dicendum est de censu*s* fundato in re non præstante domino i*uo* tantam vtilitatem, quanta est pensio soluenda: quandoquidem vt se habet totum ad totum, sic se habet pars ad partem: nec potest quisquam vendere, aut pendere vtilitatem, quam non potest percipere.

Atq*ue* facile potest ex his distinguere contractus censualis a mutuo, locatione & emphyteusi, cum quibus habet similitudinem. Cum enim per mutuum transferatur dominium cum obligatione tantumdem restituendi; per censualem contractum transferuntur tantum ius exigendi, & percipiendi pensione, sine necessaria obligatione restituendi capitale, si pensio ipsa solvatur. Itē cū in locatione, & emphyteusi pensio accipiatur ex re propria, in censu*s* accipiatur ex re alterius. Aduerte autem obiter, à Doctoribus in hac materia frequenter accipi nomē censu*s*, vt pro iure exigendi pensione, sic & pro ipsa pensione. Itē cū qui pensione soluit, censuar*u*, & cū cui soluitur, censu*s* dici a nonnullis: quos imitari nō pudebit.

QVASTIO II.

Quas conditions censu*s* requiri at*vit* sit licitus.

410.

442

nitus extincta, is qui dominum habuit directum, perdat illud: itemque celsante ipsius viritate, similiter dominum ipsum vnde perdat is, qui habuit illud, prout in re censu subiecta censetur habuisse is, qui censum emit.

Acedit authoritas (quam aduersus Couar. vrget Molina disput. 383, verf. Hinc. confat) Extraugantium post memorandarum, tum Martini V. & Calixti III. in quibus dicitur pereuntibus possessionibus, in quibus census erat constituent, nullam competere actionem emptoribus censu, ad recuperationem pecunia: tum etiam Pij V. vii is aperie statuit pereunte re super quam census collocatur, aut in fructuosa redditu, censu quoque ipsum perire. Acedit quoque ratio a pari, quia sicut seruitus, ita & census in re in qua constitutur, heret tanquam in fundamento: quo sublatu necesse est corrue illud quod in eo fundatur, tuxa Cap. Cum Paulus i. qu. 1. Idem aduersus Sotum bene tuer Nauarrius in Comment. de vñis n. 74.

Neque obflat, quod in vñi sit, ut exigatur census, quantumcumque res ei subiecta fructum non reddat in aliquo anno, quia tunc res non definit omnino vñilis est: sed si celsa ferre fructus vno anno, feret alio. Adde quod in empionne census non emantur fructus quos res ei subiecta feri et singulis annis, sed ius percipiendi pensionem ex illius fructibus: prout bene notat Sotus in lib. sexto De iust. & iure, quæst. 5. art. 1. conl. 5. Itaque adverte propositum conditionem intelligentiam esse de re que in perpetuum perire, vel in fructufera est redita. Omnia enim confessione, teste Leon. Lessio de iust. & iure lib. 2. cap. 22. n. 88 si res censu subiecta secundum nullam sui partem est absolute effecta in fructufera, in perpetuum ea manet secundum se totam, & secundum omnes sui partes obligata pro tota pensione. Et ratio est quam habet Molina in citato disput. 383. verf. Confat dicende: quia emptor census nolle aliqui contractum sic celebrare: expendo nimis se discimini, ut si res subiecta a census transiret ad diversos possidores, cogeretur a singulis exigere partem census, cum magno suo labore, & non sine detimento.

Postrema conditio est, ut in scio emptore census, dominum rei que censu subiectur, venditor non transferat in alium, a quo pensio soluenda, & gremiusque secure solvatur, alioqui enim fieret eidem emptori aperta iniuria, propter impedimentum & grauamen, quod subiret ad obtinendam solutionem sibi debitam. Quod ex Soto in sequent. art. 3. annotans Gregor. à Valen. 2. 2. disput. 5. quæst. 22. punto 7. addit quod si venditor rem censu subiectam velit transferre in aliqum, a quoque tuto possint recipi pensiones, non videatur iure naturæ teneri ad consensem ab emptore petendum, cum nullum inde immineat ei periculum: ne si quidem pleribus diu sim vendatur; cum ex Nauarro in comment. De vñis numer. 114. possit a quocumque illorum voluerit, exigeret rotam pensionem, quandoquidem consentaneum non est ex tali diuisione conditio nem ipsius deteriorem fieri.

D E I V R E autem positivo, plures iis conditions requirit venditio censuum. Namque ex Extraugantib. Martini V. & Calixti III. inter communes, tit. De emptione & venditione, habentur oþto, ut notatum est à Nauar. in citato commentario n. 72. reuocata ad sex per Barth. Carranzam in summa Conciliorum post Concilium Floren. quarum prima est, ut res super quam census fundatur, sit fructifera, certa ac determinata. Secunda, ut eadem res tota habeat fructus quod respondet pensioni annua soluenda. Tertia, ut pereente eadem re in toto, vel ex parte, pereat etiam census in toto vel ex parte pro rata. Quarta, ut pretium sit iustum. Quinta, ut semper sit liberum venditori census, cum redimere. Vitima, ut venditor ipse cogi non possit ad redendum ceteri sunt venditi. In quibus discentiis non est necessarios immorari, quia ex eius iis quas diximus esse de iure naturæ, non sunt de necessitate seruandi: cum, vi loco citato artigit Nauarius, & careat eum expresse Lud. Molina in citato tract. 1. disput. 389. non longe ab initio, Prædictorum Pontificum sententiam fuerit approbare quosdem censum, cum certis quibusdam conditionibus, de iure naturæ aliqui non necessariis, institutos, ac relatios in iisdem ipsorum Extraugantibus, non autem, p[ro]i[us] ad e[st]er[ius] Sotus in antememorato art. 1. sub fi-

nes, exigere eiūmodi conditions in omnibus censibus, ac condemnare de peccato, quoque caruerint aliqua earum.

E X B V L L A vero Pij V. relata à Nauar. in Enchir. cap. 137. num. 24. & in memoraro commen. n. 84. habentur adhuc plures. Prima, ut census constituant super re immobili, accertus finibus, & vt vocati confrontationibus designata. Secunda, ut sola illa res maneat illi censu subiecta. Tertia, ut pretium iustum deatur: que est de iure naturali. Quarta, ut totum pretium simul solvatur. Quinta, ut venditor possit redimere censem, siue quoad totum, siue quoad partem, quācumque voluerit, non obstante quacumque prescriptio, aut pacto in contrarium. Sexta, ut venditor non obligetur ad redendum. Septima, ut re censuali pereente census pereat. Octaua, ut res censialis tantum reddat, quantum est censu. *Qua vñaque est de iure naturali.* Non ut pretium censu solvatur in pecunia numerata coram Notario, & testibus qui videlicet illam tradi. Decima, ne hiant anticipatae solutiones pensionum, neque in pactum deducantur: seu ne venditor cogatur solvere pensionem nisi pro rata temporis clapsi. *Qua conditio de iure naturali est;* eaq[ue] patet emptorem non posse dum pretium numerat detrahatur pensionem primi anni per modum anticipatae solutionis, nempe clapsa parte temporis, post amplius exigere, quam pensionem illi parti respondentem. Undecima, ne venditor census obligetur ad casus fortuitos, quia est contra naturam talis contractus, ut percipiantur fructus quando nulli omnino sunt: secus vero si percipiantur aliqui, etiam pauci: ex illis enim emptori satisfacendum est. Duodecima, ne fiat pactum restringens venditori facilitatem alienandem censu subiectam, nec quidquam soluendi pro consensu, & facultate alienandi, facta ab emptore. Dicimateria, ut si res subiecta censu vendenda sit, dominus census præteratur alii: eique omnes rei venalis conditions explicitentur, & rotus mensis insuper expectetur. Decimaguarta, ut census non augeatur pensionibus non solutis, aut non soluendis: nec nouis statuatur, aut augeatur super eadem re, vel diversa. Postrema, ne fiant pacta determinantia venditori solutionem onerum, ad quae ipse de iure, & ex natura contractus non tenetur. Harum discussionem qui volet videre, poterit apud Lud. Molinam in eodem tractatu 2. disput. 389. 390. 391. & 392. & apud Ferdinandum R. bellum, De obligatione iustitia lib. 10. quæst. 6.

Eam enim breuitatis studio omittere possumus, quoniam balla eiūmodi obligat quidem quoad illa que continet iuris naturalis, quandoquidem talia neque non vñi, neque contrario suu possunt, ex Cap. fini li. De consuetudine: quoad illa tamen que tantum sunt iuris positivi, non obligat eos apud quos eadem vñi recepta non est: immo potius est contrario vñi repudiata. Non vñi enim, aut contrarium vñi sufficeret ad tollendam legis humanae vim, habetur ex cit. cap. & ex cap. In istis, dist. 4. Qua de re Nauar. in citato comment. n. 106. & 107. Acedit q[uod] ea ipsa bulla nihil continet, vnde sufficienter colligatur mentem Pontificis in alia ferenda, fusse vt obligaret ante illius promulgationem, & receptionem in prouincia. Neque probabile est prudentialium Patrem in iustitia per turbari alios Principes in sua iurisdictione temporali, alias formam ratione minime repugnante sequentes censibus constituantur. Accedit etiam, quod circa easdem conditions vix occurrant difficultates. Eiusdem bullæ explicationem si quis optet, illum inueniet apud Nauar. in antea memorato comment. num. 84.

C A T E R V M circa formam vñitatem in his regionibus, occurrerunt monendum eidem bullæ repugnare; quod census non in re certa, sed in differenter in omnibus bonis venditoris institutur, & cauio fideiussoria exigatur, nec redimi possit per partes (nisi aliter conuentum sit) sed totus simul redimi debet: eam nihilominus non esse de peccato propter contracondamnationem: ut secuti Nauarrii in sequent. n. 106. norant Gregor. à Valen. 2. 2. disput. 5. quæst. 22. punto 2. sub. fini, & Lud. Molina, in citato disput. 392. sub initium, mens Pontificis non fuit declarare, inquitatis vñitariis illos reuera esse reos, qui in emptione census non seruarent omnes praedictas conditions: sed ipsos esse presumendos vñitarios, quod pertinet ad forum externum: quandoquidem in fo-

in foro conscientiae non est locus presumptioni, quando veritas est ei contraria: vt ibidem probat Nauar. per Cap. Tua nos, De sponsalib. & Cap. Humanæ aures 12. quæstio. 5.

Itaque is qui seruatis omnibus conditionibus de iure naturali nec flatis ad iustitiam census, eum emerit, potest in conscientia tutus esse ab usurpatione labore etiam si alias ab eod. Pontifice positas omittat, & addat eis contrarias, dummodo non repugnantes iuri naturali: sicut non repugnat illæ, quas proposuitum. Nam posse ab aliquo licite vendi censem ex omnibus suis rebus, nullam certam determinando, ratio manifesta ostendit, quia vere habet ius percipiendi usurpatam ex omnibus rebus suis in determinante. Ergo potest illud idem vendere, prout docent Maior, Medina, Sotus, & Couat, quos citat & sequitur Gregor. à Valen. in memorato puncto, ve si Ter. io seq. uide.

Præterea iudicio omnium, contra utrum fideiūsionis est licitus, sicut & alterius assecurationis. Ergo sicut aliis contrabibis assecuratio per fideiūsionem licite coniungi potest, potest quoque eadem adiungiemptioni censem. Sieque iudicatum esse in disceptatione doctissimorum Theologorum habita Romæ se presente anno Domini 1: 8. tradit idem Gregor. In sequen. pun. 6. sub finem. Addens tamen rem esse periculosa, & idcirco minime suadendam; Immo vero dissuadendam ne surrepatur intento usurpario, qua intendas obligatum habere venditorem ad reddendum pretium à te accepsum, lucratis interea pensionibus non deducendis in fortem.

Potremo, pæcum vt census redimi non possit nisi tuus, non esse à ratione alienum postea docebimus, estque expressa doctrina Soti in lib. 6. De iust. & iure quæst. 5. art. 3. conclus. 4.

Dibia propositæ quæstioni annexa.

SVNT quædam conditiones, cum quibus an licite census celebretur, dubitatur: vnde vt propositæ quæstioni plene satisfiat, explicanda sunt sequentia dubia.

PRIMVM EST. An licitus sit census utrumque redimibilius, seu factus cum conditione, vt empator ad illum redendum possit cogere venditorem, sicut venditor potest cogere empator ad illum reuendendum? De qua res sententia est Sot in cit. art. 3. concl. 1. censem cum ea conditione esse usurparium. Contrarium autē tenent Ioannes Maior, & Gabriel in 4. dist. 15. ille q. 43. & 44. in fine, & hic q. 12. ac Medina in Cod. De acquitatis per usurparum, quæst. ultima post medium, & Conrad. De contractibus quæst. 8. 4. concl. 5. in fine, & corol. 1. quos commemorat & lequitur Gregorius a Valent 2. 2. disput. 5. quæst. 22. pun. 6. col. 3. Addens in consultatione multorum Theologorum peritissimorum, habita Romæ anno Domini 1581 id ipsum usum iudicatum probabile: pro quo & bonas rationes adserit. Sufficit autem nobis satis patere, quando census fuerit constitutus super rem certam, pereunte enim illa re antequam redimatur census, perit pariter aperditur tota summa capitalis: quod quidem fieri nequit in usurpa, in qua capitalis summa, semper est certa. Deinde quantumcumque censu modo census esset super omnia bona, id tamen non obstat quin sicut empator cum pacto retrouendendi est licita, sic & empator cum pacto redimendi, quādo utrumque pæcum de mutuo consenserit factum cum iusta compensatione oneris quod venditor in eo imponitur. Itaque obseruandum est, quod in talis contractu venditor oneratur, pretium in eodem debere augeri quantum requiritur ad tale onus compensandum: vt si in censu redimibili ex parte solius venditoris, iustum pretium sit ad rationem 8. vel 10. pro 100. in censu utrumque redimibili, pretium iustum censetur ad rationem 5. vel 6. pro 100.

Ceterum merito Medina loco citato monet tale pactum minime suadendum esse in præcepto scandalum periculum, cum ipsum quandam usurpationem habeat, facileque si incitatores & lucri audios per illud velare mutuum usurparium. Adde, & esse plane dissuadendum, vbi lege prohibetur, vt in hac regione, in qua venditoribus tantum conceiduntur redimendi censum vendicatum: non autem empotoribus, ius compellendicos ad redimendum: quia talis lex obligat in conscientia, sicut cæteræ ciuiles legitima autho-

ritate, ob publicum bonum rationabiliter latet: ex communione doctrinæ traditâ in præced. libro 13. tract. 4. tit. 1.

SECUNDVM DUBIVM EST. An licite fiat, quod pafsim empator census cogit venditorem vt præter rem censui suppositam, alia sua bona loco pigtoris seu hypothecæ obliget, aut fideiūsores sibi det? Ad quod respondendum est, id posse varie fieri. Primo enim aliquando fit in hunc finem, vt si res censui supposita pereat, ea bona loco illius obligata maneat, istudque est contra emptionis & venditionis, atque adeo census naturam. Nam si res empta pereat, debet in damnum empatoris perire. Adeo quod id perinde esset, ac si quis sub ea conditione domum emeteret, vt quæcumque rueret, venditor teneretur illam readificare. Secundo fieri potest ad assecurationem rei emptæ, hoc sensu, vt si forte res censui supposita prius sit subiecta alteri censui, aut sit res aliena, res posteriori supposita teneat illius locum. In quem finem licet venditorem census obligare ad hypothecandum, seu danda in pignoris alia sua bona, aut etiam subiicienda censui, ne empator aliqua fraude ab eodem venditore circumueniatur, siue rem ipsam censui subiectam vitiando, siue alij censui illam subiiciendo, siue per negligentiam siue alij censui perire. Tertio fieri potest ad evitanda damna, & pericula quæ empator census potest incurrire, ob non solam à venditore pensionem annuanum: tuncque talis obligatio licite exigitur; quia nec est contra naturam census, nec contra prædictas bullas Martini V. & Iulij III. atque cuicunque contrahenti cum altero conceditur, se ab eo indemnem seruare. Aduerte obiter differre inter rem subiectam censui, & rem hypothecatam in censu. modilla pereunte, census extinguitur; non item hac pereunte, sed tantum definit esse securus. Item quod recentius subiecta transiente ad tertium, is debeat soluere pensionem annuanum, quandoquidem res transiit cum suo onere seruitute, & obligat. on bus, non autem transiente re hypothecata, cum non sit ea ex qua pensionem exigendius habetur, sicut est illa alia.

TERТИVM DUBIVM EST. An licite apponatur conditio qua venditor census tenetur intra quadrienniuim aliam rem nouam supponere obligatam censui, si que intra illud tempus id non faciat; empator census habeat liberam facultatem repetendi id quod dedit in pretermis census? Ad quod respondendum est, primo eam conditionem vbi est in usurpa, siue introductam bono fine, nempe evitandas fraudes, quibus aliqui imponebant empotoribus censuum, subiiciendo eisdem censibus res similibus oneribus iam subiectas, aut alienas, aut dubias, quæ quidem fraudes intra quadriennium detegi poterant ac solebant. Secundo: nunc quoque vbi similia pericula probabiliter timerentur, sicut scilicet maxime iniicio contractus, licite posse talam conditionem exigit: quia venditor iure naturali tenetur vendere rem tutam, certam, & sine ullo vitio. Non posse autem vbi pericula non timerentur, cum sit contra naturam contractus, vt dux res oblitigentur censui, si una est reuera sufficiens.

QUARTVM DUBIVM EST. An licitus sit hic contractus. Sempronius debet suo famili lo mille aureos nummos pro stipendiis seruitij ei praefiti, quos non potest facile & commode soluere; atque ne famulis ipsum infestet, compellendo statim scolares, eidem promittit annuanum pensionem soluendam quouque prædictam summam mille aureorum tradiderit? Ad quod respondetur, talem contractum reduci posse ad censum constitutum super personam: qui nisi à lege ciuii, aut recepta cōfuetudine sit reprobatus, potest esse licitus, si debitescat. Debet enim Sempronius esse liber ab obligatione soluendi mille, quandoquidem accepta in pretermis census, aliqui erit mutuum, & per consequens contractus usurparium. Debet etiam Sempronio ipso mortuo, talis census extingui, & perire, nimur pereunte re in qua erat constitutus; alioqui esset mutuum, inter census conditiones ponitur, vt ad heredes debitoris obligatio illius transeat, quæ conditio non habet in censu personali locum.

QVINTVM DUBIVM EST; an sit licitus contractus usurpatus, quo in pretermis census datur pecunia; quam empotori venditor alias debet. Ad quod respondetur, in foro conscientiae, si fraus absit & dolus, censum ex ratione licite constitutum, vt cum ex mutuo, vel alio iusto titulo debitam pecuniam solvere mihi non potes, inter nos couenimus, vt in censum

censum perpetuum illam habeas. Istud Nauar. in Comment. De usuris, num. 88. ex 10 confirmat, quod si antequam tibi traderem pecuniam meam, potui ex ea emere a te censum; ratio non sit curid mihi non concedatur postquam illius usum tibi liberum per aliquod tempus reliqui. Similiter cum vendo tibi domum, aut predium, vel merces iusto pretio, sine fraude, vel dolo, & ex eodem pretio, quod non potes solvere, constituis mihi censum qualiter venderes numerata tibi pecunia; taliter quoque licite constitui, habetur ex eodem in sequenti num. 121. Et probatur, quia perinde est me tradere tibi domum valenter reuera centum, ac me numerare de facto centum. Adderet quod tunc virtute interveniant duo contractus, unus quo ego vendo tibi domum centum, alter quo emo a te censum quotannis solendum, scilicet annuum pensionem pro centum, que mihi solvere debebas in premium dominus a me tibi vendite.

S E X T U M D V B I V M E S T; an licitus sit contractus, vt pereunte re censu supposito maneat persona vendoris obligata ad solutionem pensionis annua: Ad quod responderetur, non videri de felicitum, cum sensu super re constitutus, alius sit ab eo qui super persona constituitur; neque obligatio unius inducat obligationem alterius, nisi speciali contra hentium censu (*id est in locis in quibus censu personalis est in y/u*) & remota omni fraude, numeratoque iusto pretio, quod utrique eidem censu in unum coniuncto, aquitaleat, habita scilicet ratione, quod tam unus, quam alter, sit unus vere estimabile pretio. Vbi aduerte obiter ex Nauar. in memorato Comment. num. 95. quod non solum censu totus peteat perempta re, cui est impositus, sed etiam pars pro rata pars perempta; quodque in hac re paria sint rem perire, & infraferam fieri.

S E P T I M U M D V B I V M E S T; an census constitutus super dominum, aut molendinum quod plane corruit, cesseret? Ad quod Nauar. in eodem Comment. num. 118. responderet, cessare. Et ratio est, quia corrumpere fundamento, perit res ipsa fundata; & pereunte subiecto, perit accidentis, quod in illo est. Quare & pereunte re, perit illius fructus. Quod procedit etiam si domus, aut molendinum deinceps restauretur, quia restauratum, etiam si ex eadem materia, erit diversum a priore. Quanquam tamen si culpa vendoris res census subiecta perierit, si tenebitur, vel premium census emptori restituere, vel nonum census super restauratum, aut aliam rem constitutive.

O C T A V U M D V B I V M E S T; an census superne non idonea, nempe alii oneribus iam plus sati subiecta, vel fictitia, constitutus valeat? Ad quod in eodem num. 118. Nauar. responderet, non valere, quia illud reipublica mutuo nihil differt, quo volentes ad usuram dare, facile vterentur; constituentes censum super praedia mutuatarum imaginaria, vel aliena. Vnde etiam sit, vt non possit census constitutus super re (*sive sit magis pretij, ut magnificum palatium, sive non*) cuius fructus non possint aquare annuum pensionem, quia ex ea parte naturam haberet mutuus, effector usuriarius. Nam, vt recte argumentatur Nauar. in precep. num. 79, qui emit censum super predium quod non est aut non tantos prouentus adfert, quantus est ipse census, perinde commitit usuram, atque is qui emit pradia, aut pecora, quae alter non habet, aut plura quam habet, & eidem alter illa locat pro annua pensione. Quod etiam docet Sylvestrus 2. questione 6.

Nota autem ex eodem Nauar. in cit. num. 118. quod si quis census antedicto modo constitutum emisset, totaque fraus esset ex parte vendoris, acceptam bona fide annuum pensionem non teneatur restituere, politique venditorum ipsum compellere ad restitutionem pretij, quod ei pro tali censu soluit. Ad quod facit quod ex lege Iulianus, ff. De actionibus empti, vendor orcelans virtus rei venditae, teneatur emptori ad intereste. Non possit autem compellere ad solutionem futuram pensionis annua, ad quam non est ei quasitum ius, quod in tali re constituti non potuit. Sin autem fraus esset quoque ex parte emptoris; vtpote qui sciuerit, vel suspicatus sit defectum, imputabitur ei totum intereste, cuius lēns, & volens se subiecerit, ex lege Si fundum, Cod. De cunctione.

N O N U M D V B I V M E S T; an licita sit constitutio census, facta auctoritate Iudicis condonantis unam partem

ad soluendum mille, vel annum censum, donec mille soluat? De hoc Nauar. in eodem Comment. De usuris, num. 99. rationes in utramque partem adfert, & tandem concludit, coram Deo, & quoad forum conscientiae illicitem esse constitutionem, si mens Iudicis, & partis viatoris fuit, ut altera pars obligaretur ad solutionem census annui pro vnu pecunia, ad quam soluendum condemnatur, quia id usurarium est. Non autem si mens fuit obligare ad soluendum eandem pensionem tanquam interesse, aut in poenam contumacia: & reuera in non soluendo, inueniatur interesse, aut conuincia.

D E C I M U M D V B I V M E S T; num census possit redimi ex parte; ita nimurum, ut tempore obligetur in conscientia accipere, quod ei offertur in redemptionem partis census; an vero possit recusare redemptionem, nisi premium totum simul ei reddatur; vt si hoc sit centum aurorum, & offerantur decem in redemptionem decimae partis. Ad quod Nauar. in eod. Comment. num. 95. & 101. simpliciter respondet, posse libere in totum, & ex parte census redimi. Sed melius est cum distinctione dicere. Primo, posse in sensu apponi pactum, vt non redimatur per partes, sed totum simul. Secundo, etiam licite apponi posse pactum, vt non redimatur nisi per partes certe magnæ quantitatis; non aut per minimas, quia cuncto inde sentire potest graue damnum. Nam si centum quæ dedit, cogatur recipere per decim, & decem, aut alias minutae partes, non erit ei integrum emere similem censem, sicut posset si centum ei simul restituenteruntur, quod est onus grave, ac damnum. Tertio, si pactum apponitur, vt census tantum redimatur restituto simul toto pretio, ipsum esse seruandum in conscientia, quia & est de communis consensu initium, & de se licitum, ut patet ex eo, quod pactum retrouendi de ita fieri soleat, vt res tota simul reuenerint, sicut tota simili emper fuit. Quarto, quando nullum adiectum est pactum, tunc emptorem non cogi in conscientia acceptare, premium redempcionis per partes, præsertim minutias, quia in eo damnum & onus sentiret. Quinto, si ex partium consensu apponitur sit pactum, vt census per partes redimi possit, tunc posse emptorem cogi, ut acceptet redempcionem per partes. Nec enim illicitum est tale pactum, ipsumque supponitur esse de communis partium consensu initium.

C A P V T XXXII.

De modis quibus dividitur census, ac de illius iusto pretio.

S V M M A R I V M.

- 425 Quinque varij modi quibus census dividitur.
- 426 Sententia negantium censem realem esse licitum.
- 427 Contrariam tenetam esse probatur.
- 428 Solvi potest census ex aliis fructibus quam rei in qua constituitur.
- 429 Solatio census affectari potest in ordine ad casus fortuitos.
- 430 Duplex census personalis.
- 431 Difficultas; an census personalis; sit licitus, explicatur distinctione.
- 432 Ad iustum premium census non requiritur, vt quantitas summa pensionum, sit illi equalis.
- 433 Quodnam sit iustum census pretium.
- 434 De pretio redempcionis census.
- 435 De premium census constituti ad certum annorum numerum.
- 436 De iusto pretio census personalis perpetui.
- 437 De iusto pretio census vitalitatis.

Q U A S T I O III.

Quodduplex sit Census.

QUINQUE modi dividuntur potest census. Primo, ratione modi quo constituitur, in reseruum & consignatum. Ille est cujus res suam, v.g. predium, vel dominum dat alteri, translatu illius dominio, tam directo, quam vili, reseruando sibi certam pensionem quotannis soluendam. Qui circa res temporales non annexas spiritualibus raro est in vili; itav